



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

11. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

Apostolis per occasionem scriptæ fuerunt, vt omnium epistolarum Apostolicarum argumenta declarant.

CAP. XVI.

11. *Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.*

Aliquid hîc fermenti admiscere Caluinus voluit, quò & hanc quoque massæ Apostolicæ partem inficeret. Quia hic Narcissus Neronis libertus fuisse videtur Romæ agens, ansam ex eo cauillâdi arripit. Nimis indignum (inquit) esset, in tã longo catalogo Petrum præteriri, si tunc Romæ fuisset. Atqui fuisse oportet, si Romanensibus creditur. Porro si in rebus dubijs nihil melius est quàm probabilem coniecturâ sequi; nemo, qui mediocriter iudicabit, persuadetur verû fuisse quod affirmant. Nunquã enim à Paulo fuisset omis-
sus. Inepta & putida cauillatio est. Tamen si Petrum Romæ 25. annis cathedram tenuisse scribat D. Hieron., totaque Antiquitas Petrum Romæ & prædicasse & martyrium obiisse vnanimi cõsensu attestetur (ipsa testi-
monia alibi protulimus) non sequitur tamẽ
(vt ineptè nugatur Caluinus) oportere eum
Romæ tunc fuisse quum hæc Paulus scriberet; quando nemini dubium esse potest, sic Petrum aliosque Apostolos certis in locis sedes suas posuisse, vt non tamẽ in illis perpetuò residerent; verùm pro Apostolatus

Petrû Romæ sedisse

In 1. Petr.

Ecc 3 sui